

2. MANDATUM REGIUM DE SYSTEMATE STUDIORUM  
OD 5. KOLOVOZA 1776. O KR. AKADEMIJI ZNANOSTI

9° Cum autem in hac scholarum et studiorum coordinatione eo potissimum Nobis clementer reflectendum esse putaverimus, ut per rectam et proportionatam scholarum repartitionem\* in horum quoque Regnorum parte degentibus fidelibus subditis Nostris occasio uberrima detur proles suas in spes Patriae educandi ac in necessariis et cuilibet statui convenientibus litterarum disciplinis formandi, ideo in hisce Regnis Nostris unam Academiam Regiam nec non Capitale Gymnasium praeter alia majora et minora Gymnasia, unam praeterea pro formandis etiam et praeparandis districtus illius ludimagistris capitalem Nationalem Scholam praeter alias civitatenses, oppidanas ac paganas nationales et triviales scholas secundum adnexam hic sub N° 3° tabelam specificata erigenda ac respective constabilienda esse decrevimus.

10° Ut autem in hac Academia et Capitali Gymnasio omnia suo ordine decurrant et benignae Ordinationes Nostrae plene effectuentur, ideo Academiae huic et Capitali Gymnasio rursus unum Directorem localem praeficere constituimus, qui Superiori Directori Regio plene subordinatus sit, Academiam vero et Capitale Gymnasium juxta hic sub N° 4° adnexam pro Directore Academiae et Capitalis Gymnasii simul interimalem instructionem, quibus ea quoque, quae ad ordinem politicum ipsius Academiae et Capitalis Gymnasii pertinent, summarie inserta sunt, dirigat. Pro Directore porro Academiae hujus et Capitalis Gymnasii visum Nobis fuit Josephum Tersperger,

9. No budući da smo u ovom usklađivanju škola i nauka smatrali da se milostivo moramo obazirati na to da se valjanom i proporcionalnom raspodjelom škola i Našim vjernim podanicima koji žive na području ovih kraljevina obilno pruži prilika da svoju djecu odgajaju za napredak domovine i obrazuju u potrebnim i svakom staležu primjerenim znanstvenim disciplinama, odlučili smo da se u ovim kraljevinama osnuje, odnosno osposobi za rad jedna Kraljevska akademija i Glavna gimnazija uz druge sadašnje manje i veće gimnazije, a osim toga za obrazovanje i pripremanje učitelja osnovne škole tog područja jedna glavna narodna škola mimo ostale narodne osnovne škole gradske, varoške i seoske, sve to prema potankim uputama u priloženoj tablici pod br. 3.

10. Da bi pak u toj Akademiji i Glavnoj gimnaziji sve teklo uredno i da bi se Naše dobrostive odredbe u potpunosti ostvarile, odlučili smo da toj Akademiji i Glavnoj gimnaziji postavimo na čelo mjesnog ravnatelja koji će biti potpuno podložan Vrhovnom kraljevskom ravnatelju. On će njima upravljati prema ovdje pod br. 4 priloženoj privremenoj uputi za ravnatelja Akademije i Glavne gimnazije. U nju je sažeto uvršteno i ono što se tiče političkog položaja same Akademije i Glavne gimnazije.

Nadalje, za ravnatelja te Akademije i Glavne gimnazije odlučili smo milostivo imenovati, sa stalnom paušalnom plaćom od 800 forinti na godinu, Josipa Terspergera, kanoni-

\* u rukopisu pogrešno: *reparationem*.

capituli Zagrabiensis canonicum, velut ab insigni doctrina et eruditione ac aliis etiam praeclaris qualitatibus Nobis peculiariter commendatum cum defixo in schemate annuo 800 florenorum stipendio clementer denominare.

11° Cum autem in praementionata Academia et Capitali Gymnasio quosvis professores per concursum absque ulla status differentia deligi clementer velimus, hinc eundem concursum in Liberam ac Regiam Civitatem Nostram Zagrabiensem pro 5<sup>to</sup> affuturi mensis Octobris in praesentia Rudolphi Ludovici e Comitibus Erdödy, consilarii et referendarii Nostri Regii Hungarico-aulici, velut pro actu hoc in qualitate Commissarii Nostri Regii clementer resoluti, adhibitis ad latus suum praefatis Superiore Studiorum Directore Regio nec non Academiae Directore ac aliis etiam, quos idem Commissarius Noster Regius ad actum hunc advocandos censuerit, indicendum ac per universas Regnorum horum jurisdictiones et ordinarios publicandum clementer praecipimus et in iisdem concursibus suo modo probatos et delectos, Exhortatorem vero Academicum et Gymnasiorum suffragio etiam ordinarii approbandum, Nobis medio Consilii hujus Nostri Regii pro clementissima confirmatione demisse proponi volumus.

ka zagrebačkog kaptola, jer nam je posebno preporučen zbog osobite učnosti, obrazovanosti i drugih sjajnih svojstava.

11. Kako milostivo želimo da se za prije spomenutu Akademiju i Glavnu gimnaziju svi profesori biraju na temelju natječaja, bez ikakva obzira na njihov stalež, dobrotivo nalažemo da se taj natječaj za Naš Slobodni i kraljevski grad Zagreb zakáže za 5. dan slijedećeg mjeseca listopada i da ga objave sve jurisdikcije ovih kraljevina i dijecezanski biskupi. To će se obaviti u prisutnosti grofa Rudolfa Ludovika Erdödyja, Našega kraljevskog i ugarskog dvorskog savjetnika i referendara, koji je za taj čin imenovan Našim kraljevskim komesarom. Kao svoje pobočnike uzet će već spomenutoga Kraljevskog vrhovnog ravnatelja školstva i ravnatelja Akademije a tako i druge za koje taj Naš kraljevski komesar bude smatrao da ih treba pozvati na taj čin. Želimo da nam oni koji na tim natječajima budu prihvaćeni i izabrani – propovjednik Akademije i gimnazija obavezno uz pristanak biskupov – preko ovoga Našega Kraljevskog vijeća budu ponizno predloženi na milostivu potvrdu.

*(Preveo Ueljko Gortan)*